

2.
(2)
Zweiter prüfer

f

1. N. 7.

DEO & MAGISTRATUI,

In Honorem,

æque ac

JUVENTUTI PATRIÆ MASCULÆ,

IN EMOLUMENTUM,

ACTUS,

SCHOLASTICO-VALEDICTORIO-ORATORII;

DE DUPLICI GERMANIÆ INVENTO,

Scilicet:

De

TYPOGRAPHIÆ ET PULVERE
PYRIO,

IN LYCEO TORGENSI,

ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ M DCC XIII:

DIE X. OCTOBR.

PRÆSENTABITUR.

AD QUEM AUDIENDUM,

HONORANDOS PATRONOS, FAU-
TORES & AMICOS,

HUMILLIME INVITAT

PETRUS PAULUS FEKNO, Lyc. Torg.

RECTOR.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHARIÆ HEMPL.





Quod si unquam aliàs, certè hac vice, quam trium, tam verum esse, sequens hoc adagium, Comperimus: objecta movent sensus. Meditantibus enim, Scholastico-Valedictorio-Oratorii actus materiam, & nostram hanc, cruento æstuantem bello, contemplantibus tempestatem: illico menti se ingessit nostræ, pulvis pyrius; cui, adamantinam illam, & nunquam tatis deprædicandam, artem typographicam, adjungere placuit. Nec impræmeditatè: est enim illa, revera amanuensis Eruditionis; Eruditio autem, suffulcit bellum, cæu columna firmissima ædificium. Robur militis, pulveris pyrii vis, & tormentorum violentia, absente Eruditione, eadem dirigente: sunt in bello, cæu campana in turri, sine pistillo. Alexander M. Julius Cæs. Augustus, Carolus M. ut alios Dynastas, silentio suppressimus; tot bella, tamque felici eventu, non gessissent, nisi juxta peritiam Martiam, Apollinea quoque arte, claruissent. Ergo typographia, cum sua Domina, Eruditione nimirum, jure bello, rebusque ad id pertinentibus, sociari potest; imo debet, si eventus, voto respondens, desideratur. Qvis autem Autor & Inventor, artis typographicæ sit, magnum est, inter literatos, certamen. Taceant autem hic Chineses, non enim eorum, sed Germanorum, hanc nobilem artem, invenit patria; hoc tantummodo hic queritur: quis ex Germanis, primus ejusdem Autor, sit & inventor? Timotheus Polus, ejusdem Inventionem, ex Aventino, tribuit Johanni Fausto, Aurifabro Moguntino, adjungens eidem socios: Joh. Guttenbergium, Argentinensem, & Petrum Schefferdem, Gernsheimentem. Joh. Schmiddius è contrario, D. Th. de Ecclesia Dei meritisimus, ex Argentinenfis actis, & manuscriptis Chronicis, demonstrat: artem typographicam, Johanni Mentelino, Argentoratensi, originem suam debere. Huic, hoc in casu, assensum præbent: Matth. Berneggerus in laude funebri, Petri Storckii Consulis, & Scholæ Argentoratensis Præsidis; Dan. Speclinus, in Chronico suo; Hieronymus Gebvylerus, in Panegyri Carolina, pag. 19. edit. Argent. A. C. 1521. ut alios plures, jam taceamus. Verum, & Joh. Guttenbergius, ha-

ur

babet hac in parte, suos Patronos & Defensores, nempe: Baptistam Fulgesium, in tract. dict. & fact. memorabilium, libr. 8. cap. 18. Winphelingum, in epitome Rer. German. Cap. 63. M. Antonium Coccium Sabellicum, Ænead. 10. Libr. 6. Chronicon Colonienſe, fol. 312. Michaël Mayerus vero, in tract. veror. German. Inventor. pag. 125. hoc in casu, instar omnium esse potest. Quamquam autem plurimi, hoc in puncto, Joh. Guttenbergie patrocinentur; parum tamen abest, ne nos Joh. Mentelino, hoc in certamine, astipulatione nostra, auxilium feramus: præsertim, cum autoritate Chronici Argentorarenſis MS. Dan. Speclini, & Hieron. Gebyyleri, ad id ferendum compellamur. Sit interim Inventor quicumque voluerit, manet tamen sententia communis: quod is Argentinensis civis fuerit, & hanc artem suam, toti orbi in maximum commodum, A.C. 1440. luci publicæ exposuerit; primum instrumentis ligneis, in imprimendo usus, teste Dan. Speclino, in Chron. Unde colligere licet: artem sculpendi, vel cælandi, anſam Inventori dedisse, ad excogitandam typographiam. Sit inquam Inventor hujus artis, quicumque voluerit, sufficit: quod illa sit nobilissima, sit utilissima, omnium artium; quam plurimi viri celebres, dignis extollunt encomiis. Lanſius, vir de re literaria optimè meritis, laudem ejusdem divinam, celebraturus, in Orat. pro German. pag. 52. his utitur verbis: typographia, temporis omnia abligerenti, & sub mortalitatis jugum trahenti, frenum iniecit: illaque vere est, ars memoriæ, & mors oblivionis, ingeniorumque aſylum, Philipp. Beroald. qui eruditis commentariis, aſinum aureum Apuleji, exornavit; Inventori gratiam relaturus, & artem ipsam laudaturus, exclamare non dubitavit:

O Germania, Muneris repertrix,
Qvo nil utilius, dedit vetustas,
Libros scribere, quæ docet premendo.

Huic hac in re, pollicem premit, alius vir, studiis humanioribus optimè imbutus, hunc in modum scribens: quod unum typographiæ Inventum, cum omnibus, omnium veterum Inventis, certare facile possit. Et Josias Mercerus, Salmasti focer, typographiæ ingens commodum considerans, ab hac exclamatione, sibi temperare non poterat vah! quanti labores, erant devorandi olim, in Autoribus exſcribendis, & à vetustatis injuria conservandis. Libr. 1. Cap. 12. operis sui; quos vero adamantinos labores, typographia nobilis, jam sustulit. Sed, cum omnis, typographiæ elogia, in hujus chartæ compendium, redigi non possint: esto, hoc in casu, omnium encomiastarum instar, Michaël Stifelius, celeberrimus sui temporis arithmeticus, qui in opere suo, de mirabili calculatione vocum, statuit: quod typographia, præfigurata sit in Apocalypſi, & quidem per speciem illius equi, cui inſidebat ille, qui nomine verbi Dei gaudebat. Antequam denique, manum, de tabula typographiæ, tollemus, hoc adhuc addimus: typographiam omnino;

origi-

originem suam primam Argentinae, sed consummatiore[m] perfectionem, utriq[ue] Moguntia debere; quod ex variis, in eruditorum virorum scriptis, contentis circumstantiis, apparet. Jam, ad pulveris nitrati inventum contemplandum, nos convertimus, & quoniam praestaret de eo tacere, quam multa loqui & scribere, eo breviores, in contemplatione ejus, hac in pagina, erimus. Quemadmodum autem, circa typographia[m] sic etiam circa pulveris pyrii inventorem, non exigua viget controversia. Quidam enim, inventionem ejusdem, Chinen[sibus] tribuunt pariter, ut sunt! Mas-fesjus, Boterus, Jovius, Mendoza, & alii, teste Lanfio, in Orat. pro German. p. 967. Quidam Italici, eo quod Veneti, primi omnium, pulvere nitrato & tormentis variis, contra Genuenses usi fuerint; ut, cum aliis, Christ. Matth. in Th. Hist. testatur, p. 672. Quidam denique Anglis, adscribunt dictam inventionem, vid. Morhof Polyhist. Tom. 2. Libr. 2. part. 2. Cap. 38. Qvod vero in Germana, & quidem a Bertholdo Schwartzio, Monacho Germano, Franciscano, Friburgo Brisgoviae oriundo, A. C. 1380. sub Wenceslao Imperatore, inventus sit, pulvis pyrius, testatur: Polyd. Virg. Libr. 2. Cap. 11. item, Meyerus, in opere, de veris inventis. Helv. in Th. Histor. Chr. p. 138. Christ. Matth. in Th. Hist. pag. 672. & alii. Optime vero hanc controversiam dirimit, Thomas Lanf. in Orat. pro Germ. p. 967. 968. Quia occasione autem pulvis pyrius, a dicto Bertholdo Schwartzio, sit inventus, vid. Christ. Matth. Th. Hist. loco cit. item Seyb. in Offic. Schol. Class. XV. Tit. XX. p. 39. Pulverem denique hunc pyrium, ex nitro, Sulphure & Carbonibus confici, teste Polyhist. Morhof. l. c. necesse non est, ut demonstremus, cum id ferme omnibus notum. Quae autem pulveris pyrii violentia, effectus & elogia, ostendent Autores allegati; sicuti, eosdem legere, volupe; huc enim omnia, coacervari non possunt. Accedit, quod Lycei nostri Torgensis, quidam alumni, de his, pro virili, sunt dicturi; quorum Catalogus est sequens:

- I. Johann Friedrich BEATOR, Bernav. March. Prologus, varia inventa perfringet
cei par. Primo. (cet. Quarto.)
- II. Christian Gottlieb MAGNUS, Jütrob. Sax. de Pessimo Invento, Pulveris Pyrii, disseret.
- III. Caspar Friedrich Wächter, Jütrob. Sax. de Inventore Pulveris Pyrii, disseret.
Quinto. (bit. Tertio.)
- IV. Johann Samuel Lindner / Artzberg. Mifn. de Origine Typographia, peroravit.
- V. Paul Adam Hoffmann / Weidenhayn. Mifn. Typographiam, optimum inventum esse demonstrabit. Secundo.
- VI. Johann Friedrich Richter / Mühlberg. Mifn. Vituperabit Pulverem Pyrium.
- VII. Christian Daniel Körner / Torgens. Mifn. Laudabit, pulveris nitrati, Inventorem.
- VIII. FRANCISCUS PAULUS FEKNE, Torgens. Mifn. Utilitatem, pulveris pyrii, celebrabit. (Tem, mirabitur.)
- IX. August Friedrich Kanneberg / Martisb. Mifn. Pulveris Pyrii, strepitum & fragorem.
- X. Daniel Gottlieb Köhler / Dreif. Mifn. Urbis Wienae Excellentiam predicabit, ejusque obsidionem deplorabit. (rix, commemorabit.)
- XI. Johann Christoph Sinner / Welsavia Mifn. Obsidionem, Urbis Londino-Der-
- XII. Christian Albrecht Amende / Gräfenhayn. Saxo, Obsidionem Urbis Turinensis, in memoriam revocabit.
- XIII. Johann Friedrich CLEMENT, Grosboth. Mifn. Urbis Landaviae, per tot obsidiones vexatae, calamitatem exaggerabit.
- XIV. Johann Gottlieb Vater / Torgens. Mifn. Commemorabit, quod & Torgavia, terrore pulveris pyrii concussa sit.
- XV. Paul Ehrenfried Bauer / Belgr. Mifn. Epilogus, Germaniam, pulveris tormentarii inventum detestantem, presentabit.
- XVI. Laur. Friedr. Froberg, Torgens. Mifn. Torg. Mifn. p. 10.

Johann Friedrich BEATOR.

Johann Samuel Lindner.

Paul Adam Hoffmann.

Bonae Spei Juvenes, ore unius, Valedicent;



XVII. Caspar Friedrich Wächter, Jütrob. Sax. de Inventore Pulveris Pyrii, disseret.
XVIII. Christian Albrecht Amende, Gräfenhayn. Saxo, Obsidionem Urbis Turinensis, in memoriam revocabit.

78 M 437



TA → 06


kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher



1077





1. N. 3.

DEO & MAGISTRATUI,

In Honorem,

æque ac

JUVENTUTI PATRIÆ MASCULÆ,

IN EMOLUMENTUM,

ACTUS,

SCHOLASTICO PREDICTORIO-ORATORII;

MANIÆ INVENTO,

elicet:

De

LA ET PULVERE RIO,

TORGENSEI,

STIANÆ M DCC XIII!

OCTOBR.

NTABITUR.

AUDIENDUM,

PATRONOS, FAU- & AMICOS,

ME INVITAT

F EKNO, Lyc.Torg;

TOR.



RGÆ,

ZACHARIÆ HEMPL,

